



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvorvm beneficiorum resignatione recipere possit? Allegatio
LXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

*Eccleſiam in Cathedralẽ, & Episcopalem in Metro-
politana.*

9 *Eccleſiam ſimplicem in Curatam, & parochialem an
ex cauſa poſſit erigere Episcopus? ostenditur.*

10 *Beneficium Curatum quando dicatur, vt in ſimplex
conuerſi non poſſit per Episcopum? remiſſiue.*

EPISCOPVS IN PARO- chijs multiplicandis quam ha- beat auctoritatem.

ALLEGATIO LXVIII.

Vbi ob locorum diſtantiã ſine magno in-
commodo ad percipiendã Sacramenta, &
diuina officia audiendã, parochiani accedere non
poſſunt, Episcopis conceditur auctoritas, etiam
inuitis Rectoribus, nouas parochias conſtituendi,
etiam tanquam Sedis Apoſtol. delegatis, assignata
Presbyteris præficiendis Eccleſiæ nouiter erectæ
congrua portione ex fructibus Eccleſiæ matricis,
& ſi neceſſe fuerit compellendi populum eam ſub-
miniſtrare, quacunque reſeruatione generali, vel
ſpeciali, vel affectione ſuper dictis Eccleſijs non
obſtantibus: ita diſponit *S. Concil. Trident. ſeſſ. 21.
de reformat. capit. 4. verſic. In ijs*, & iam diſpoſuerat
text. in capit. ad audientiam, 3. de Eccleſ. ediſic. con-
cordat *Concil. ult. Brachar. ult. 4. capit. 26. late tractant
Mandos. in praxi ſignatura titul. Erektionẽs, praxi
Episcop. par. 1. verbo parochia*, §. 6. pag. 273. *Azgr.
vi. inſtitut. moral. p. 2. libro tertio capit. 12. quaſt. 7. Ma-
tha. Soarez in præct. & ordine viſitandi capit. 4. numero
primo. Rebuff. in tract. de decimis, quaſt. 6. numero 21.
Franc. Leo in theſauro ſori Eccleſ. par. 2. capit. 2. numero
68. Roſa Roman. apud Farinac. deciſ. 484. tom. 1. par.
1. Aloyſ. Ricci. in praxi ſori Eccleſ. deciſ. 554. in 1. edit.
& reſolut. 476. in 2. edit. Hemig. conſil. 80. Baptiſt.
Coſta de remed. 75. praxiſ noua Episcop. par. 1. capit. 5.
numero primo.*

2 *Episcopi arbitrio relinquit S. Concil. d. loco
quantum vna Eccleſia ab altera diſtare poſſit, vt
commode Sacramenta ſumere inde poſſint paro-
chiani, prout reſoluunt Rebuff. in praxi benefic. par.
1. titul. de erect. in curat. & paroch. numero 9. optime
Menoch. de arbitr. caſu 497. per totum. Aloyſ. Ricci. d.
reſolut. 476. numero quinto.*

3 *Vbi etiam aduertit à decreto erektionis vti fa-
cto per Episcopum, etiam tanquam Sedis Apoſt.
delegatum, licere quidem appellare, ſed ſolum
ad Sanctiſſimum Pontificem, niſi ea ordinatio fa-
cta fuerit in viſitatione, præcipue ſine figura iu-
dicij, quoniam ab ordinationibus factis in viſita-
tione per Ordinariũ non appellatur, ſaltem quoad
effectũ ſuſpenſiuũ, tanquam ab executione cõ-
ſtitutionis Conciliaris, vt alibi dixi.*

4 *Vnde cum nouiſſimo iure tota cauſa iuſtitia in
Episcopi arbitrio reſideat, poterit ipſe ſine maio-
ris partis parochianorum conſenſu circa ſepara-
tionem agere, vt aduertit, Aloyſ. Ricci. d. reſolut.
476. numero ſexto, exploſa illorum reſolutione, qui
tenent requiri conſenſum maioris partis parochia-
norum, & ſi ſunt plures plebes, & terræ ſub vno
Rectore, aut Curato maioris Eccleſiæ, quæ ta-
men ſint tanquam corpora ſeparata, debere con-
ſentire ſaltem duas partes ex tribus ſingulorum
corporum, de qua Bimi. conſil. 174. à numero 23.*

*Hemig. conſil. 80. numero 15. & 16. Nec ideo admit-
terem Abb. doctrinam in d. capit. ad audientiam,
col. 3. reſoluentis debere interuenire ad ſecundã
Eccleſiæ adificationem conſenſum parochi, ſeu
curati primæ, cum Concil. d. loco, illo inuito Epif-
copis auctoritatem concedat nouas parochias con-
ſtituendi, dummodo tamen ſine præiudicio, ni-
mirum poſſidentis, fiat, vt declarauit Congregat.
Concil. Episcop. Andrien. in anno 1594. teſte praxiſ
noua Episcop. d. capit. 5. numero primo.*

5 *Capellanus Eccleſiæ nouiter erectæ tribus con-
currentibus recipere debet obuentiones villæ, &
parochianorum, ad quorum commodum fuit con-
ſtituta, videlicet, ſi antiqua baptiſmalis redditibus
abundet, ſi ædificia ſit neceſſaria, ſi non habeat
ſufficientes redditus ad ſuſtentationem preſbyteri:
alioquin ſi fundator vel parochiani concederent
redditus ſufficientes, tunc non teneretur Eccleſia
baptiſmalis quicquam concedere, ita Rebuff. de de-
cim. quaſt. 6. numero 22.*

6 *Amplia ſupradicta procedere, etiam ſi Eccleſiæ
ſubiectæ eſſent Regularibus, prout ſacram Cong. cen-
ſuiſſe reſert Franc. Leo d. cap. 2. num. 69.*

7 *Limita niſi in loco minime difficili, nec in-
commodo oratorium adeſſet, vel in Eccleſia cum
fonte baptiſmali, & cæteris ad parochiam neceſ-
ſarijs ibique proponeret in ſui adiutorium ſacer-
dotem, quæ ibidem reſideret, & Sacramenta poſ-
ſet adminiſtrare, quia tunc non poſſet fieri ſepara-
tio, ex Menoch. conſil. 477. numero nono, & Baptiſta Co-
ſta de remed. ſubſid. remed. 76. reſoluit Aloyſ. Ricci.
d. reſolut. 476. numero ſexto.*

8 *Licet ſolus Papa Eccleſiam Collegiatam eri-
gere poſſit in Cathedralẽ: & Episcopalem in
Metropolitanam capit. 1. ne ſede vacante, Azgr. in-
ſtitut. moralium par. 2. libro quinto capit. 29. quaſt. 15.
& libro ſexto capit. 30. quaſt. 2. & 4. Nicol. Garcia de
benefic. par. 12. capit. 5. numero 1.*

9 *Eccleſiam tamen ſimplicem in curatam, & pa-
rochialem erigere ex cauſa poteſt Episcopus Rebuff.
in praxi tit. de erektionẽ in curatam & parochiale, Azgr.
d. capit. 29. quaſt. 25. & d. capit. 30. quaſt. 3. & 4.
Nicol. Garcia d. capit. 5. numero 2.*

10 *Verum Sacra Congreg. cenſuit beneficia ſim-
plicia in curata ab Ordinario conuerſi non poſſe,
vt referunt Aloyſ. Ricci. in praxi ſori Eccleſ. deciſ.
492. in 1. edit. & reſolut. 383. num. 6. & 7. in 2. edit.
Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 3. vbi hanc declarationem
intelligit ceſſante cauſa & neceſſitate. Sic etiam
Eccleſia Curata in ſimplicem ab Episcopo reduci
non poteſt Mari. Anton. var. lib. 1. reſol. ult. caſu 69.
Curatum vero beneficium quando dicatur, vt in
ſimplex conuerſi non poſſit per Episcopum, tra-
dit Aloyſ. Ricci. in praxi deciſ. 2. in prima edit. & reſo-
lut. 618. in ſecunda edit.*

S V M M A R I V M.

1 *Reſignatio beneficiorum libera & ſimplex coram Epif-
copo, vel alio Superiore Ordinario fieri poteſt.*

2 *Superior Ordinarius, coram quo fieri poteſt libera reſi-
gnatio, debet eſſe Superior Eccleſiaſticus habens ſpiri-
tualia.*

3 *Ordinarij cõſenſus in liberis reſignationibus faciendus de-
bet ab eo præſtari unico contextu cum fit reſignatio.*

4 *Prælati omnis ius habens conferendi, iſtituendi, & à
beneficio quoque clericos amouendi, poteſtatem habet libera
beneficiorum reſignationes admittendi.*

5 *Abbas*

- 5 Abbas, quem Ecclesia in temporalibus recognoscit, non potest liberas beneficiorum resignationes admittere.
- 6 Coadiutor datus Episcopo dementi potest renunciationem liberam beneficij accipere.
- 7 Vicarius Episcopi an possit beneficiorum resignationes accipere? remissive.
- 8 Capitulum sede vacante potest liberas beneficiorum resignationes recipere tribus concurrentibus.
- 9 Permutatio beneficiorum simpliciter fieri potest coram Episcopo, vel alio superiore Ordinario.
- 10 Beneficium in una diocesi situm si permutetur cum alio alterius diocesis, requiritur in ea permutatione utriusque Episcopi, ad quos illa beneficia spectant, auctoritas & consensus.
- 11 Permutari possunt beneficia coram Episcopo in quolibet anni mense.
- 12 Permutatio coram Ordinario facienda non requirit mentionem de obtentis.
- 13 Permutatio coram Ordinario simplex, non vero triangularis fieri debet.
- 14 Episcopus quando beneficia permutata sunt inaequalia, potest ex officio mandare, cessante p. cto, quod recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pensionem suo tempore datorum.
- 15 Pensionem ex iusta causa potest Episcopus reservare, & imponere.
- 16 Resignare, vel cum alio permutare potest quis coram Ordinario, quamvis nondum adeptus sit possessionem.
- 17 Ius in re acquiritur in beneficio per collationem acceptam ante adeptam possessionem.
- 18 Resignari coram Ordinario potest beneficium, etiam ad suorem, litteris expeditis, non adepta tamen possessione.
- 19 Beneficium litigiosum, super quo pendet litis, non potest resignari, vel permutari, nisi lis esset super privatione beneficii.
- 20 Resignari, vel permutari coram Episcopo beneficia inquisitionis possunt, accedente patronorum consensu.
- 21 Patronorum interest, ut videant ne habeant Retorem eis odiosum, & non acceptum.
- 22 Resignationes beneficiorum existentium in diocesi, potest Episcopus etiam in Curia recipere, non tamen conferre.
- 23 Resignari coram Episcopo poterunt beneficia reservata, non tamen conferri.
- 24 Resignationes, in mensibus, in quibus collatio spectat ad Cardinalem ratione indulti, potest recipere Episcopus, non tamen conferre.
- 25 Permutari coram Ordinario possunt reservata beneficia, non tamen conferri.
- 26 Renunciatio beneficii facta in manibus potestatem non habentis, est nulla.
- 27 Resignatio beneficiorum coram Ordinario facienda requirit causam, quae praesumitur in Episcopo, si eam admittat.
- 28 Constitutio Pij Quinti super resignationibus coram Ordinario faciendis, refertur & numero 29. & 30.
- 31 Senex volens resignare debet Ordinarius suorum

- beneficiorum resignationes admittere, cum hac sit causa iusta admittenda resignationem.
- 32 Senes qui dicantur, remittitur iudicij arbitrio.
- 33 Infirmitas est causa iusta resignandi beneficium coram Ordinario.
- 34 Valetudinaris quis dicatur iudicij arbitrio relinquatur.
- 35 Beneficiatus corpore impeditus habet iustam causam resignandi beneficium coram Ordinario.
- 36 Beneficiatus corpore vitiatum habet iustam causam resignandi beneficium coram Ordinario.
- 37 Crimini obnoxius beneficiatus habet iustam causam resignandi coram Ordinario.
- 38 Crimini si inquisitione pendente quando beneficia possint resignare, ostenditur.
- 39 Censuris Ecclesiasticis irretitus habet iustam causam resignandi beneficium coram Ordinario.
- 40 Beneficiatus, qui nequit, aut non debet Ecclesiae, vel beneficio inservire, habet iustam causam resignandi coram Ordinario.
- 41 Resignandi coram Ordinario causa iusta est, si beneficiatus unum aliud, aut plura obtinuerit beneficia.
- 42 Resignandi coram Ordinario causa iusta est, si contingeret beneficiatum ad aliud beneficium promovere.
- 43 Religionem ingredientibus, aut matrimonium contrahentes habent iustam causam resignandi coram Ordinario, dummodo re ipsa id exequantur.
- 44 Resignandi ius coram Ordinario iusta causa est, si beneficiatus nequeat, aut non audeat propter capitales inimicitias in loco beneficii securus vivere.
- 45 Resignatio, vel permutatio an ex iusta causa facta praesumatur? Ostenditur.
- 46 Renunciationes factae absque iustis causis sunt nullae, Ordinarii vero illas admittentes nullam penam incurrun.
- 47 Episcopi, coram quibus resignantur beneficia, debent observare, ut resignantes, si sint in sacris constituti, habeant aliunde unde vivere, & vitam commode sustentare possint.
- 48 Episcopi admittentes liberas beneficiorum resignationes, non debent illas conferre, quod an in Hispania servetur, dubitat Garc.
- 49 Episcopi beneficia coram ipsis resignata, si consanguineis resignantibus, aut suis conferat, quam penam incurram, ostenditur.
- 50 Renunciatus coram Ordinario ea intentione, vel spe concepta, quod Ordinarius conferat beneficium, cui ipse velit, quando nihil est in conventionem deductum, non peccat mortaliter, nec aliqua simoniae lae maculatur.
- 51 Permutationis forma coram Ordinario facienda constituitur.
- 52 Resignantes duo sua beneficia ex causa permutationis, & facta collatione uni, si alter decedat ante factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficium a se dimissum.
- 53 Beneficium a compermutante resignatum, & alteri collatum potest compermutante decedente ab altero retineri, etiamsi suum postea non resignet.
- 54 Permutatio beneficiorum an ob laesum rescindi possit? remissive.

EPISCOPVS QVORVM

beneficiorum resignaciones

recipere poſſit?

ALLEGATIO LXIX.

1 Coram Episcopo, vel alio Superioris Ordinationis, libera, & simplex beneficiorum regnatio fieri potest, vt probant rex. in cap. admonet, de renunc. ibi, absque assensu tuo intrare audeant, detinere, dimittere, aut te inconsulto, &c. & in cap. 1. de rerum permu. lib. 6. ibi, libere sine fraude in manibus tuis ipsa resignet. & in Clem. multorum, de panis, Rebuff. de pacificis posses. num. 104. Euse. de visitat. lib. 2. cap. 10. num. 39. & cap. 18. num. 11. Azori. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 29. quest. 4. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glof. 14. à num. 21. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 3. num. 66. Vgalin. de potestate Episcopi cap. 50. §. 18. in princip. Flaminio de resignatione libro 7. quaestione 14. numero primo.

2 Intellige de Superiore ecclesiastico habente spiritualia Euse. dict. cap. 28. num. 12. Ruffin. ad tract. de benefic. cap. 14. num. 41. Flamin. dict. quest. 15. num. 18. Cochi. de iurisdic. Ordinar. in exemptos par. 4. quest. 68. in princip.

3 Aduerte huiusmodi consensum esse praestandum ab Ordinario vnicuique contextu, cum sit resignatio, itaut à tergo literarum praestari non possit, Flamin. libro 8. quest. 9. à numero 127.

4 Habet item auctoritatem admittendi beneficiorum resignaciones omnis Praelatus, qui ius habet conferendi, instituendi, & beneficio quoque clericis amouendi, cuiusmodi sunt Abbates, & alij Praelati Episcopis inferiores, qui Episcopalem iurisdictionem consuetudine, vel priuilegio habent, & nulli sunt Episcopo proxime subiecti, Panorm. in cap. quassum, numer. 4. de rer. permu. Flamin. dict. quest. 14. à numero 19. & quest. 15. Azori. dicta. quaestione quarta, Cochi. de iurisdictione Ordinarij in exemptos parte quarta quaestione 67. & quaestione 68. cum Flaminio dicta quaestione decima quinta num. 18.

5 Resoluit, quod si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem, in spiritualibus vero Episcopum, coram Episcopo erit resignatio expedienda.

6 Sic etiam coadiutor datus Episcopo dementi cum in spiritualibus & temporalibus generalem, & liberam potestatem habeat, poterit renunciationem beneficii accipere, Flamin. d. libro 7. quest. 20. à numero 25. vbi à num. 23. resoluit, quod quando coadiutor datur infirmo, vel seni tunc, cum consensu ipsius Episcopi resignaciones valet recipere.

7 De Vicario vero Episcopi an possit beneficiorum resignaciones recipere dixi supra Allegat. 54. à numero 66.

8 Item Capitulum Sede vacante potest beneficiorum resignaciones recipere, tribus videlicet concurrentibus, primo quando fieret ex causa necessaria, non autem libere, & simpliciter. Secundo quando collatio ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet: tertio quado talis resignatio, & collatio fiant ante prouisionem factam de Praelato in Consistorio, etiam antequam possessionem capiat: ita Quaranta in summa Bullarj, verbo Capitulum sede vacante, quest. 9. prope finem, vers. quarto limita, Flamin.

dict. lib. 7. quest. 13. Nicol. Garcia de benef. par. 11. cap. 3. num. 256. & cap. 4. à num. 75. Eloy. Ricci. in praxi aurea resoluit 243. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. num. 11.

9 Primo amplia, vt non solum coram Episcopo, & aliis, de quibus supra, possit beneficiorum resignatio fieri, sed etiam permutatio, simpliciter tamen, & absque pactis, ac conditionibus, ita Euse. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 22. Quaranta in summa. Bullarj verbo beneficiorum permutationes, Gonzal. d. glof. 14. num. 57. Lali Zech. de republ. eccles. cap. de beneficiis, num. 8. prax. Episc. p. 1. verbo permutatio, §. 3. dub. 1. Azor. d. cap. 29. quest. 16. Flores de Mena variar. q. 24. num. 21. Garcia. d. c. 4. à num. 62. quamuis minus bene contrarium teneat Flamin. lib. 5. q. 6. num. 231.

10 Si vero beneficium in vna diocesi situm permutetur cum alio alterius diocesis, requiritur in ea permutatione vtriusque Episcopi, ad quos illa beneficia spectant, auctoritas & consensus, quia in permutatione duorum beneficiorum vtrumque dimittitur, & vtrumque confertur, ac proinde necesse est, vt vtriusque Episcopi intercedat auctoritas, ita Azor. dict. cap. 29. quest. 8.

11 Et quamuis per permutationem beneficia vacare dicantur, cap. vnic. de rerum permu. in 6. Gomez. in regul. de publicandis, quest. 3. num. 3. tamen in quolibet mense anni possunt permutari beneficia coram Episcopis, & Episcopi possunt admittere resignaciones in fauorem ex causa permutationis, quas faciunt permutantes, & eorum cuilibet collationem de beneficio resignato facere Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 14. num. 32. Nicol. Garcia de benef. p. 5. cap. 1. num. 543.

12 Et in hac permutatione coram Ordinario facienda non est opus facere mentionem de obtentis, sicut nec in alia prouisione ab eo facta Clem. 2. de offic. Ordinar. Nennib. de arbit. casu 201. numer. 150. post Rot. Corras. & alios Nicolaus Garcia dict. cap. 4. num. 99.

13 Aduertendum maxime est, quod permutatio hac simplex fieri debet, non vero triangularis, vel quadrangularis, veluti si ego resigno vnum beneficium in fauorem Ioannis, vt ipse Ioannes resignet suum beneficium, non in fauorem mei, sed in fauorem alterius, quia esset simoniaca talis permutatio triangularis Nauar. consil. 43. sub tit. de simonia, num. 3. in fine in noua edit. post Caput. 9. Imol. & alios ita tenet Gonzal. d. glof. 14. num. 58.

14 Poterit tamen Episcopus quando beneficia permutata sunt inaequalia ex officio mandare (cessante pacto) quod recipies beneficiu pinguius, soluat aliquam pensionem suo tempore duraturam ad coequandos fructus vtriusque beneficii permutationis, Acharan. consil. 279. incip. questio proponitur, Nauar. dict. consil. 43. numero quarto, Gonzal. dicta glof. 14. num. 38.

15 Nam licet regulariter, & sine causa nequeat Episcopus pensionem referuare, & imponere ex iusta tamen causa, vt pote pro bono pacis, vel studio alicuius scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesiae, vel ex alia rationabili causa, potest illam referuare, & imponere, Rebuff. de priuilegiis scholar. priuileg. 42. Nauar. consilio 15. numero tertio de rebus Ecclesiae, & consilium quart. numero secundo de simonia, in nouis, Gambar. de Legat. lib. sexto à num. 392. & fuit resolutum in vna Mileten. Canonica sexta Martij 1596. coram illustrissimo Domino meo D. Card. Millino, & in altera Algarb. Canonica.

nona Iunij 1579. coram Domino Lancelloto, quæ est in impressis 519. sub numero tertio parte prima divers.

16 Secundo amplia etiam si nondum adepta sit possessio, nam habens ius in re, non tamen adeptam possessionem (quia per collationem acceptam ante adeptam possessionem ius in re beneficio acquiritur, capit. sibi absenti, de prebend. libro sexto. Flamin. de resignat. libro secundo, questio. 16. numer. 2. & in libro decimo, questio. 6. numer. 2. & questio. 8. numero 5. Molina de iustit. tractat. 2. disputat. 2. versic. dixi superius, Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. § 1. numer. 15. & 33. Rota in una Verellen. Canonicatus 11. Decembris 1603 coram Reverendiss. D. meo Cocchio apud Farinac. parte secunda tom. 1. decis. 498.)

17 Potest beneficium coram Ordinario resignare, vel cum alio permutare Franc. cap. 1. num. 16. & ibi Gambar. num. 86. de verum permut. in 6. Prob. ad Monach. in capit. licet Episcopus, numer. 6. de prebendis in 6. Corras. de benefice. cap. 9. numer. primo; Navar. conf. 4. numero secundo sub titul. de simonia in novis, Cardin. Mantica de iuribus, & ambiguis conventionibus libro 25. titul. 9. numer. 2. & 9. Nicol. Garc. dict. cap. 4. num. 15.

18 Et etiam ad favorem litteris expeditis ante tamen apprehensam possessionem resignare Anton. de Bnyg. in cap. ceterum numer. 151. de re scriptis, Germin. conf. 117. in fine. Petr. Gregor. sintagm. iuris lib. 17. cap. 17. num. 16. Flamin. lib. 2. questio. 26.

19 Et licet beneficium litigiosum, super quo pender lis, non possit resignari, vel permutari, Lancellot. de attent. libro secundo, capit. 4. numer. 254. Pute. decis. 354. lib. o tertio Flamin. libro secundo, questio. 3. a numero primo. Azor. dict. capit. 29. questione quinta. Nec ab Episcopo conferri. Seraphin. Rota Romana decis. 945. hoc non procedit quoties lis esset super priuatione beneficiati, nam hoc casu huiusmodi lis non facit beneficium litigiosum, ut fuit resolutum in una Hispan. attentatorum coram Domino Aquen. 16. Novembris 1553. ut referunt Pute. decis. 66. libro secundo, Flamin. dicta questio. 3. numero 56. ubi numer. 57. declarat nisi lis esset super priuatione, & ut adiudicetur alicui beneficium, quia hoc casu dicitur litigiosum, & per consequens resignari non poterit.

20 Tertio amplia, ut etiam beneficia intrinsecus patronatus possint resignari coram Episcopo, accedente patronorum consensu Pute. decis. 412. numero secundo, libro primo. Flamin. libro septimo, questio. 14. numero 8. Sic etiam eodem patronorum consensu accedente possunt permutari, Conar. pract. cap. 36. numer. 9. Flamin. libro secundo, questio. 4. numer. 10. Seraph. Quaranta in summ. bullarum, verbo beneficiorum permutationes, in addit. Vgolin. dict. capit. 50. § 19. numero 4. Azor. dict. cap. 29. questio. 6. Requiritur enim in permutatione consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu presentatio pertinet, quia ipsorum interest, quamvis Episcopus totum debeat expedire, gloss. verbo collationem, in dict. capit. 1. gloss. etiam in dicta Clementin. 1. & multi quæ refert, & sequitur Nicolaus Garcia dict. cap. 4. numero 72.

21 Nam patronorum interest, ut videant ne habeant Rectorem eis odiosum, & non acceptum, unde cum de eorum præiudicio tractetur, sequitur illos necessarium esse vocandos, eorumque consensum requiri per regul. quod omnes tan. ut, de regulis iuris in sexto, nisi ipsi patroni fuerint perem-

ptorie vocati, dato eis termino ad comparandum cum expressione causæ, & ipsi infra terminum præfixum non comparuerint ad contradicendum permutationi, quia tunc sequuta Ordinarii institutione amplius non audientur, nec poterint se opponere etiam infra residuum temporis dati ad præsentandum: Si vero comparuerint declarando se permutationi nolle consentire, & velle alium præsentare, tunc licet non præsentaverint infra tempus præfixum in edicto per Episcopum appposito, poterunt nihilominus uti beneficio temporis legalis usque ad finem quadrimestris, ita Proffer. de Augustino in addit. ad Quarantam dict. verbo beneficiorum permutatio, in princ.

22 Quarto amplia, ut Episcopus possit recipere resignationes beneficiorum existentium in sua diocesi, etiam in Curia, non tamen conferre, quia tunc beneficia dicuntur vacare in Curia per resignationem, & eo casu collatio palam ad Summum Pontificem spectat cap. 2. de prebend. in 6. & hanc ampliatur tenent Conar. libro tertio variar. capit. 20. sub numero 8. Flamin. libro septimo questio. 14. numer. 23. Proffer. de Augustino dict. verbo beneficiorum resignationes, prope fin. versic. An autem Ordinarius, qui tamen adhibent hanc cautelam in conferendo, ut exeant ab Urbe ad hoc ut dicantur esse in aliena diocesi, & fuit resolutum in Rota ut per Puteum decis. 167. libro 1.

23 Quinto amplia, ut beneficia reservata possint resignari coram Episcopis, qui poterunt resignationes dictorum beneficiorum recipere, non autem illa conferre Flamin. dict. questio. 14. numer. 6. non admittit distinctione Azor. dict. capit. 29. questio. 10.

24 Sic etiam quamvis Episcopus in manibus suis possit recipere resignationes in mensibus, in quibus collatio spectat ad Cardinalem ratione indultij, non poterit tamen conferre, sed Cardinalis habebit collationem Gabriel. consil. 187. libro primo. Flamin. dict. questio. 14. numer. 13. ubi num. 50. cum Abb. in cap. ad supplicationem, num. 5. de remunc. resoluit posse Episcopum recipere resignationem beneficiorum obtentorum per alium Episcopum.

25 Sic etiam coram Ordinariis possunt reservata beneficia permutari, dummodo non ea conferant, cum hoc ad Summum Pontif. solum spectet, & ita post multos resoluit Flamin. libro secundo questio. 16. in princip.

26 Aduertendum maxime est, quod renunciatio beneficii facta in manibus potestatem non habentis est nulla, ut censuit Rota in una Camerinen. Parachialis 27. Novembris 1587. coram Illustriss. Seraphino, ut videre est inter eius decisiones impressas decis. 803.

27 Simplex beneficiorum resignatio ad hoc, ut possit fieri coram Ordinario requiritur causa, quæ præsumitur in Episcopo, si admittat resignationem, Seraph. decis. 1320. causa autem exprimitur in consil. 175 Quinti 58. incip. Quanta Ecclesia, Dat. Romæ anno Incarnationis Domini 1568. Kalend. Aprilis, quam referunt Quaranta in summ. Bullarum, verbo beneficiorum resignationes, Vgolin. dict. capit. 50. § 18. numero tertio. Flamin. de resignatione libro quinto, questione sexta, numero secundo, cuius pars essentialis sic habet.

28 Posthac Episcopi, & alij facultatem habentes eorum ducaxat resignationes recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarii,

aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, cenſuræque Eccleſiaſticiſ irretiti, aut nequeunt, aut non debent Eccleſiæ, vel beneficio inferuire, ſeu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri. Religionem quoque ingreſſuri, vel matrimonium contrahuri, ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur. Denique cum quis ex aliis cauſis acciderit, qui Conſtitutione ſcl. recor. Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Eccleſiis edita continetur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficii reſidere ſecuri, ſed nec horum vllus ſacro Ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus valeat vlllo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commode ſuſtentari. Ad hæc beneficiorum & officiorum permutationes admittere quæ Canoniciſ ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur. Caucant autem Epifcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præſentatores, & patroni tam Eccleſiaſticiſ, quam laici, quicumque ſint, ne verbo quidem, aut nutu, vel ſigno futuri in huiusmodi beneficiis, & officiis ſucceſſores ab ipſiſ reſignantibus, aut aliis eorum ſignificatione, vel hortatu designentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, vel etiam intentio qualicumque intercedat.

29. Caterum præcipimus, atque interdiciamus ne ipſi Epifcopi, aut alij collatores de beneficiis, & officiis reſignandis prædictis, aut ſuis, aut admittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant providere, quod ſi fecus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum, fuerit à quocumque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere.

30. Qui vero contrafecerint, vt in eo, quo deliquerint puniantur, à beneficiis, & officiis collatione, necnon electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, prout cuique competierit, tandiu ſuſpenſi remaneant, donec remiſſionem à Rom. Pont. meruerint obtinere, & qui talia beneficia, ſeu officia receperint, eos prædictis poenis volumus ſubiacere. Et nihilominus in eos, qui ſic ſuſpenſi conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere aui fuerint, excomm. quoad perſonas, quo vero ad Capitula, & Conuentus, à diuinis ſuſpenſionis ſententias, ipſo facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quam ipſe Roman. Pontif. ſiue abſolutionis, ſiue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire, prohibitione, & litteris noſtris prædictis, nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obſtantib. &c.

31. Recolligendo huiusmodi cauſas, ex quibus Ordinarij poſſunt beneficiorum reſignationes admittere, dico, quod prima eſt quando beneficiatus volens reſignare eſt ſenex, prout habetur in diſt. Conſtitutione Pij Quinti, ibi, ſenio conſecti, & de iure communi probat tex. in cap. niſi cum pridem, de renunt. vbi Abb. numer. 8.

32. Et ſenes qui dicantur, remittitur iudicis arbitrio, conſiderata perſonarum qualitate, propter complexionum diuerſitatem Menoch. de arbit. caſu 59. numero tertio. Flamin. de reſignat. libro quinto, quaſtione ſexta, numero 8. Proſper. de Auguſt.

in addit. ad ſummam bullarij verbo beneficiorum reſignationes, in princip. Marcus Anton. Genueſ. in praxi Archiepiſc. Neapol. capit. 53. numer. primo in nouiſſ. editione.

33. Secunda cauſa eſt infirmitas volentis reſignare beneficium, vt habetur in diſt. conſtitut. Pij Quinti, ibi, aut valetudinarij, Flamin. diſt. quaſt. 6. numer. 9. Proſper. de Auguſt. diſt. loco, verſ. ſecunda.

34. Et valetudinarij quis dicatur etiam iudicis arbitrio relinquitur Menoch. de arbit. caſu 60. Marcus Anton. Genueſ. diſt. cap. 53. verſ. aut valetudinarij.

35. Tertia cauſa eſt quando beneficiatus eſt corpore impeditus, vt patet ex d. conſtitut. Pij Quinti, ibi, aut corpore impediti, ſi impedimentum ſit tale, vt non poſſit præſtare id, ad quod tenetur, vel alias ipſi Ordinario videretur eſſe ſufficiens, Proſper. diſt. loco verſ. tertia, Marcus Anton. diſt. capit. 53. Flamin. diſt. quaſtione ſexta, numer. 31. & 32. vbi à numero. 16. exemplificat in octo morborum generibus, videlicet, in leproſo, in ſcabroſo herculeo, in paralytico, in apoplectico, in habente morbum comitialem, in lunatico, in laborante morbo Italico, producente vlcera per corpus, in habente manus tremulas, vel chiramam continuam, de quibus morborum generibus tractatui Allegat. 62. à numero. 40.

36. Quarta cauſa eſt, quando beneficiatus eſt corpore vitiatus, vt habetur in diſt. conſtitutione Pij Quinti, ibi, vel vitiati, Flamin. diſt. quaſtione ſexta, numer. 33. Proſper. de Auguſt. diſt. loco, verſ. quarta, vbi exemplificat in ſex corporis deformitatibus, ſcilicet in cæco, in claudo, in habente manum mutilam, vel articulatas manus ad vtendum inefficaces, in habente crus penitus abſciſſum, aut adeo contractum, vt ligneo pede ſit opus, in gibboſo, & tandem in diminuto qualibet parte corporis notabili, de quibus defectibus dixi diſt. Allegat. 62. à numero 26.

37. Quinta cauſa eſt ſi beneficiatus eſt crimini obnoxius, vt patet in diſt. conſtitutione Pij Quinti, ibi, crimini obnoxij, quia qui crimina commiſerunt facilius ad renuntianda beneficia admittuntur, cum ad eorum priuationem iura conueniant, Fuſc. de viſitat. libro ſecundo cap. 28. numer. 25. Flamin. diſt. quaſt. 5. à numero. 57. Proſper. de Auguſt. diſt. loco verſ. quinta, qui exemplificant in cauſis, in quibus ob crimen commiſſum venerit beneficio priuandus, videlicet, in homicida, in ſimoniaco, in adultero, in concubinario, qui poſt admonitionem non reſipicit: in ſuſtinate excommunicationem per annum, in periuro, & in blaſphemo.

38. Huiusmodi criminoſi in quaſtione pendente, etiam poſt receptas probationes, & conſeſum in cauſa, imo & pendente appellatione à ſententia priuationis ſimpliciter poſſunt beneficiis coram Ordinario renuntiare, modo ſiat mentio criminis, & proceſſus incepti, niſi crimen illud renunciantem indignum redderet, Flamin. lib. 3. quaſt. 16. numer. 23. Proſper. de Auguſt. vbi proxime. Marcus Anton. Genueſ. diſt. cap. 53. in annot.

39. Sexta cauſa eſt quoties beneficiatus eſſet cenſuris Eccleſiaſticiſ irretitus, vt habetur in diſt. conſtit. Pij V. ibi, cenſuris Eccleſiaſticiſ irretiti, Fuſc. diſt. cap. 28. numer. 14. Flamin. diſt. quaſt. 6. numer. 67. Proſper. de Auguſt. diſt. loco verſ. ſexta, Marcus Anton. Genueſ. diſt. capit. 53. & hæc cenſura diuiditur in excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum, cap. quærenti, de verbor. ſignif.

40 Septima causa est, quando beneficiatus nequit, aut non debet Ecclesiae, siue beneficio inservire, ut dicitur in dicta constitutione *Pij Quinti*, ibi, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiae, vel beneficio inservire, *Flamin. dict. questione sexta, numer. 91. Prosper. de August. dicto loco versic. septima*; qui exemplificant quoad primam partem in clerico bannito, in demoniaco, & in muto effecto, quoad secundam partem, de illis scilicet, qui etiam possunt; non tamen debent Ecclesiae, vel beneficio deservire, exemplificant in clerico turpiter, & scandalosè vivente, in lunatico, in patiente stomachi languorem, & sic vomitum: in illiterato, & in habente morbum caducum.

41 Octava causa ex qua Ordinarij possunt recipere beneficiorum resignationes, est quando beneficiatus unum aliud, aut plura obtinuerit beneficia, ut habetur in dicta constitutione *Pij Quinti*, ibi, seu qui unum aliud, aut plura obtinuerit beneficia: *Flaminius dicta questione sexta a numero 108. Prosper. de Augustin. dicto loco versic. octava*, namque unus vno debet esse contentus beneficio, quod quidem si ad vitam eius honeste sustentandam non sufficit, licet aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri, ut disponit *Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 17.* ad cuius intellectum deferuntur per me dicta Alleg. 62.

42 Nona causa est quando contingeret beneficiatum ad aliud beneficium promoueri, ut patet in dicta constitutione *Pij Quinti*, ibi, vel quos ad aliud contigerit promoueri, *Flaminius dicta questione sexta a numero 117. Prosper. de Augustino dict. loco versic. nona*, quia talis religio non tam dicitur fieri propria voluntate, quam ex necessitate per text. in cap. de multa, de praebend. & in Extrinag. exheredabilis, vers. qui vero deinceps, eodem titul. inter communes.

43 Decima causa est, quando clericus beneficiatus vellet religionem ingredi, aut matrimonium contrahere, dummodo statim re ipsa id exequatur, ut habetur in dicta constitutione *Pij Quinti*, ibi, religionem quoque ingredi, vel matrimonium contrahere, si statim re ipsa id exequantur, *Fusc. dict. libr. secundo, cap. 28. numer. 18. Flamin. dict. quasi 6. a numero 163. Prosper. de Augustino dict. loco, versic. decima*, qui unam differentiam constituunt inter religionem ingredienti, & matrimonium contrahentes, quia si Ordinarius admisit renunciationem illius, qui vult matrimonium contrahere, illo contracto de praesenti potest conferre illud beneficium; si vero admittat renunciationem illius qui vult ingredi religionem, eo ingreffo religionem, statim non potest conferre illud beneficium, sed debet expectare per annum, intra quem potest exire.

44 Undecima causa est, quando beneficiatus nequit, aut non audet propter capitales inimicitias in loco beneficij securus residere, ut dicitur in dicta constitutione *Pij Quinti*, ibi, qui etiam ob capitales inimicitias, vel non audent in loco beneficij residere securi, &c. *Fusc. dict. capit. 28. numero 8. Flamin. dict. quasi 6. numer. 169. Prosper. de Augustino dicto loco, versic. undecima, Marc. Anton. Genes. dict. cap. 52. numer. quarto.* Quae autem dicantur capitales inimicitiae dixi supra Allegat. 41. numero 10.

45 Ex relatis causis possunt Ordinarij beneficio-

rum resignationes admittere, & in dubio non praesumitur resignatio, aut permutatio facta ex iusta causa, nec creditur Ordinario dicenti se facere illam iusta de causa, nisi illa probetur; ut contra aliquos tenent *Nicol. Garcia de benef. parte 11. cap. 4. numer. 52. Aloys. Ricci. in praxi aurea resolut. 460.* sed verius, quod Rota tenuit supra numero 2.

46 Si tamen renunciations factae sint absque praedictis causis sunt nullae, Ordinarij vero illas admittentes nullam poenam incurrunt *Fusc. dicto capit. 28. numer. 26. Flamin. dict. quasi 6. numer. 225. Prolin. dict. §. 18. numer. 6.*

47 Illud tamen maxime observare debent, ut eorum eis renunciantes, si sint in Sacris constituti, habeant aliunde unde vivere, & vitam commode sustentare possint, alias renunciations admittere non valent, prout exprimitur in dicta constitutione *Pij Quinti*, ibi, sed ne horum vllus Sacro Ordine mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat vltimo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commode sustentari, &c. & faciunt quae dixi supra Alleg. 19. a numero 33.

48 Deinde Ordinarij observare debent, ut admittentes beneficiorum resignationes ex his causis non debeant illa beneficia conferre suis, aut admittentium consanguineis, & affinis, vel familiaribus, etiam per circuitum, ut dicitur in dicta constitutione *Pij Quinti*, ibi. Carterum praecipimus, atque interdiciamus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficiis, & officiis resignandis praedictis, aut filijs, aut admittentium consanguineis, affinis, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatorum in extraneos collationum audeant providere: quia si hoc facerent, haec renunciatio praesumeretur tacite, & indirecte facta ad favorem, quae coram eis non potest, ita *Flamin. dict. quasi 6. numer. 180. Francisc. Leo d. par. 1. cap. 3. numer. 69. Prosper. de Augustino dicto loco, post undecimam causam versic. & quare.* Et in parte non videri huiusmodi constitutionem in Hispania servari, sed esse ab ea supplicatum allerit *Nicol. Garcia dict. par. 11. cap. 3. numer. 170.*

49 Si vero huiusmodi Ordinarij beneficia coram ipsis resignata consanguineis resignantium, aut suis, vel familiaribus conferant, suspendantur a collatione, electione & institutione beneficiorum, donec a Summo Pontifice absolutionem obtinuerint, in dicta constitutione *Pij Quinti*, versic. qui vero contraxerint; & si hac suspensione non obstantes istorum aliquid fecerint, excommunicantur, habetur in versic. *Est nihilominus*, ubi etiam respectu Capituli, & Conventus imponitur poena suspensionis a divinis, ipso iure, quae est species interdicti, ut scribit *Mail. de irregul. libro tertio, capit. 20. colum. 3.* Ordinarij autem sunt suspenssi dumtaxat suspensione, quae pertinet circa collationem, & speciem eius, ut resoluit *Flaminus dict. quasi 6. numer. 216.* quamvis ignoraverint hanc poenam per dict. constitut. sibi esse impositam, quod aduertunt ita in praxi receptum *Flamin. dict. quasi 6. numer. 221. Prolin. dict. §. 18. numer. 5 in fine.* *Prosper. de Augustino dict. loco post undecimam causam, versic. & quid Ordinarij, Nicolaus Garcia dict. par. 11. capit. 3. numer. 271.* quia etiam data hac ignorantia renunciations factae absque praedictis causis sunt nullae, cum decretum irritans, de quo in dict. constitut. ibi, *Quod si secus, &c.* liget ignorantes respectu

nullitatis actus, *Flamin. dict. quaſt. 6. numero 230.*

50 Pro complemento viſum fuit *Proſper de Auguſtino loco proxime citato* inſinuare non obſtante prædicta *Py. Quinti conſtitut.* prohibente, vt in huiusmodi renunciatione cotam Ordinario faciendâ, nec etiam nutu designati poſſit ſucceſſor in beneficio, aliâs collatio ſit inualida, poſſe reſignantem nutu non præcedente demiſſione factâ in foro conſcientiæ rogare collatorem abſque labe ſimoniaci, vt conferat beneficium à ſe nominato, neque enim peccare renuncianteſ ea intentione, vel ſpe concepta, quod Ordinarij conferrent illud beneficium, cui ipſi vellent, quando nihil horum eſt in conuentione deductum, cum aliâs eſſet iniicere laqueum contra *tex. in cap. de viduis 27. quaſt. 1.* quia vix aliqui ad hoc ſpontaneè inducitur.

51 Formam permutationis coram Ordinario faciendâ ponit *Ugolin. dict. cap. 50. numero tertio*, quod primo examinabuntur permutaturi ab Episcopopo, ſeu eius Vicario, iuxta *Tridentin. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18.* Secundo collatio fiet idoneis reperi. Tertio litteræ permutationis ſimul expedientur. Quartò antequam poſſeſſio accipiatur, publicatio fiet de hac permutatione in Eccleſiis permutatis, vel in eorum cõmeteriis iuxta formam *Gregory Decimi. tertij in Bulla incip. Humano vix iudicio.* Poſtremo in poſſeſſionem mittentur, ac Fidei profeſſionem facient. Dum expeditur permutatio, adminiſtrare poſſunt in ſuis Eccleſiis, quas renunciauerunt, cum retineant adhuc poſſeſſionem, *Flaminius libro primo, quaſtione ſeptima, numero nono.* Si aliquando accidat, quod permutatione collatum beneficium euineatur, poterit is permutatione etiam factâ ad reſignatum beneficium Superioris auctoritate redire, *Ror. de ciſ. 3. de rerum permut. in nouis.*

52 Aduertendum denique eſt, quod ſi duo reſignent ſua beneficia ex cauſa permutationis, & factâ collatione vni, alter decedat ante factam ſibi collationem, ſuperſtes non habet reſreſſum ad beneficium à ſe dimiſſum, quia quoad eum permutatio habuit effectum *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloſ. 15. §. 2. à numero quadraſeſimo*, quamuis ſuperſtes, cui fuit collatum beneficium à compermutante reſignatum, poſſit vtrumque retinere illo decedente antequam ipſe ſuum reſignaret, cum per eum non ſlet, quin permutatio adimpleatur *Leſſi. de iniſtitia, libro ſecundo, cap. 34. numero 197. Azgri. dict. cap. 29. quaſt. 29.*

53 Niſi ambo eſſent incompatibilia, quia tunc mortuo compermutante vacaret beneficium ſuperſtiti, tanquam prius ab eo obſentum, aut certe ei dabitur optio, vt dimittat quod voluerit argum. illorum, quæ tradit *Hoied. de incompatibil. benefic. par. 1. cap. 13. num. 56. & 57.*

54 Permutatio beneficiorum an ob laſionem reſcindi poſſit? quaſtio eſt controuerſa, de qua late *Pinell. in l. 2. c. de reſcind. vendit. parte prima, cap. 3. numer. 16. Couar. libro primo variar. cap. 5. numero 8. Tiraqueſ. in l. ſi inquam, verbo donatione largitus, numer. 122. in fine, Maſcard. de probat. concluſio. ne 1170. numer. 20. Gutier. præſtit. libro ſecundo, quaſt. 139. Flamin. de reſignat. libro tertio, quaſt. 7. numer. 41. Morla in emporio iuris, parte prima, titul. 9. quaſt. 19. numero quarto, Aloſ. Ricci. in praxi aurea reſolutione 463. & reſolution. 465. in quibus præſumatur fraus in permutatione beneficiorum, & reſolut. 480. an*

beneficiorum inæqualitas ſit per ſe ſufficiens ad reſcindendam permutationem.

S Y M M A R I U M.

- 1 Inſpatronatus Eccleſiaſticum tam per laicos, quam per clericos tribus poſſiſſimum modis acquiritur, ſcilicet fundatiõne, conſtructione, & dotatiõne.
- 2 Fundare quis dicitur Eccleſiam, & quando agnoscitur fundum ubi conſtrui debet.
- 3 Inſpatronatus ex conſtructione quando acquiratur.
- 4 Edificans Eccleſiam ſi illam à principio non dotauit, poteſt compelli ad illam dotandam, aliâs non dotando amittit inſpatronatus.
- 5 Conſtruere dicitur is, qui facit expenſas in conſtructione Eccleſiam, non autem ſaber, qui in eam conſtruit, niſi operam ſuam ponat gratis, vt ſit patronus.
- 6 Inſpatronatus non acquiritur ex ſola reparatione, ſeu perfectione Eccleſiæ, niſi de nouo conſtruitur.
- 7 Inſpatronatus, vt ex reparatione acquiratur, totalis Eccleſiæ funditus diruta reſtauratio requiritur.
- 8 Fundare, & conſtruere Eccleſiam non ſufficit, vt inſpatronatus acquiratur, ſed requiritur illius perfectio.
- 9 Dotare dicitur ad effectum conſequendi inſpatronatus, qui Eccleſiam dotat, quando ſine illa eſt fundata, & conſtruita.
- 10 Dotare dicitur, vt acquirat inſpatronatus dotem aſſignans, qua ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum, & ad luminaria.
- 11 Dotari ſufficienter, quod arbitratibus Ordinarij, non acquirat inſpatronatus.
- 12 Dotans vt acquirat inſpatronatus debet proteſtari coram Episcopo ſe dotis nomine dare.
- 13 Dotans inſufficienter, quamuis Episcopus conſentiat, non ſit patronus.
- 14 Inſpatronatus, vt acquiratur ex dotatiõne de nouo factâ, debet conſtare dotem primam fuiſſe redactam de eſſe ad non eſſe.
- 15 Inſpatronatus ex dotis argumento non requiritur.
- 16 Episcopus non poteſt erigere inſpatronatus ex argumento dotis.
- 17 Inſpatronatus præſcriptione, vel conſuetudine poſſunt laici acquirere.
- 18 Laici quare conſuetudine non poſſint in electionibus Episcoporum vocem habere, & poſſint inſpatronatus acquirere, dubitatur.
- 19 Differentia ratio inter vtrumque conſtituitur.
- 20 Inſpatronatus ex fundatiõne, conſtructione, & dotatiõne acquiritur, interueniente auctoritate, & conſenſu Ordinarij, non aliâs.
- 21 Conſenſus in acquisitione inuſpatronatus ex poſt facto interuenire poteſt.
- 22 Conſenſus in acquisitione inuſpatronatus præſumitur interueniſſe ex diſtinctitate temporis.
- 23 Conſenſus in inuſpatronatus acquisitione præſupponitur eſſe ab Ordinario loci, in quo fundatur Eccleſia.
- 24 Conſenſus Episcopi requiritur, ſine ſit laicus, ſine clericus, qui Eccleſiam fundat.
- 25 Episcopi conſenſus non poteſt facere patronum vnius capellæ, vel Eccleſiæ ex privilegio aliquem, qui non fundauerit, conſtruxerit, vel dotauerit.
- 26 Conſenſum ſi diaceſanus in inuſpatronatus acquisitione præſtare noluerit, poteſt ad eum præſtan-